Num. ...

DOCTORIS GASPARI CARDILLI Villalpandæi Segobienſis SVMMVLAE.

BREVIVS, AC SVBTILIVS quàm hactenùs, nùnc recèns illuſtratę.

AVCTORE IOANNE Gonſalio Martinio Burgenſi, in præſigni Dei Matris Complutenſium Theologorum Cõtubernio Collega, ſacræ Theologiæ Doctore, & ingenuarum Artium publico olim, & iterùm denuò profeſſore.

D.D. F. Didaco Ordoñez, Epiſcopo Salmanticẽſi, & Catholicæ Maieſtatis à Cõſilijs, &c.



CVM PRIVILEGIO.

Compluti, Apud Viduã Gratiani. Anno 1615.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

TASSA.

YO. Iuan Gallo de Andrada eſcriuano de Camara del Rey nueſtro ſeñor, de los q̃ reſiden en ſu Conſejo, certifico y doy fee, que auiẽdoſe viſto por los ſeñores del vn libro intitulado Comentos de las Sumulas de Villalpando, compueſto por el Doctor Iuan Gõçalez Martinez, taſſaron cada pliego del dicho libro *a quatro marauedis*, el qual tiene veynte y quatro pliegos y medio, que a los dichos quatro marauedis cada vno, monta el dicho libro nouẽta y ocho marauedis en que ſe ha de vender en papel: y dieron licencia para que a eſte precio ſe pueda vẽder: y mandaron que eſta taſſa ſe ponga al principio del dicho libro, y no ſe pueda vẽder ſin ella. Y para que dello conſte di el preſente en Madrid a veynte y ocho de Nouiẽbre de mil y ſeyſcientos y quinze años.

Iuan Gallo de Andrada.

† 2

ILLVSTRISSIMO D. D. F. DIDACO Ordoñez, Epiſcopo Salmanticẽſi, Philippi Tertij Hiſpaniarum Regis à Conſilijs, &c.

DOCTOR IOANNES GONſalius Martinius Philoſophiæ in Complutenſi bis publicè Moderator.

CVM Per quadrieniū (vt mos) liberalium Artium Cathedram publicè moderaſſem, nō ſine audientium commodo, intuentium applauſu, omnium denique admiratione, confecto tamen iam curſu, *Et meta feruidis euitata rotis*, iterum ſubijt animus veluti ſi ad hoc ſolum in lucem editus, eiuſdem Cathedræ in aliud integrum moderādæ. Ex votis quidem accidit, quod vix vni poſt hanc noſtram conditam literarum Paleſtram Complutenſem.

Fama

SINGVLARI THEA-
tro Complutenſi,
Lectori meo.

COnabar diu, ne turpitudinis notâ poſteritati inurerer, inſignis Academia, Mater, aliquod mei in te amoris indicium exhibere; continuit modeſtia dum ſtimulus gloriæ excitat aſſequēdæ. Sed cum mecum agito ægregiam tuam ſobolē, cuius Opera non ſine totius orbis admiratione per crebuêre, anceps perſiſto. At verò dū tua in me beneficia, quibus nec me affeciſti ſolū, ſed liberaliter cumulaſti, ſe offerunt contēplanda, timoris carceribus iniectus animus, vtrinq; illos diſrūpit, vt impreſſa veſtigia tuorū premere nō recuſem. Et cū iam bîs in hoc Olympico puluere ad præfixam metā cucurriſſem, cum ex te veluti è cœleſti domicilio intonuit læuum, dum

Audio parræ recinentis omen,

nec alij, poſtquam te diuinus ille Numa, id

eſt,

LIBER PRIMVS DE TERMINIS.

SECTIO LIBRI.

LIBRVM Hunc de terminis diuiſit Author in tres partes. In prima parte definit terminũ in generali. Sed quoniam terminus per propoſitionem, quam cõponit, definitur: ideo definito termino neceſſum fuit propoſitionem definiri. Rurſus, quia propoſitio eſt ſpecies orationis, & ſpecies ex genere conſtat eſſentialiter, per ipſum noſcitur, & definitur: ideo in explananda propoſitione prænoſcenda fuit oratio. Et quoniã oratio non ſolum eſt genus reſpectu propoſitionis: ſed etiam reſpectu conſequentiæ, definitionis, & diuiſionis: & hæc ſunt inſtrumenta Logicorum: ideo definita, & expli-